

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1144 - 1145

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

rei testes sunt prepositus ipse A[delgotus], decanus^a, Heinricus portarius, Herimanus, Cünradus, Adelbero aliique complures.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2709 or. mb. lit. pat. sine sig.

Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 136 nr. 52.

96. *Berthold Probst von St. Thomas zu Straßburg beurkundet, daß dieses Stift Güter zu Rosheim an Egelolf und Conrad verlehnt habe. 1144.*

In nomine domini. ego Bertholdus ecclesie sancti Thome prepositus. omnes, qui ad domesticos fidei in bona spe confugiunt, convenit et decens est, ut securiores semper sint, et ut nulla in eis dubietate vacillare possint, summe providendum est. notum igitur esse volumus omnibus tam futuri quam presentis temporis in Christo fidelibus, quod per manum ducis Friderici Egelolfo et Conrado duodecim agros bona ecclesie sancti Thome in Rodesheim marcha sita, addito agro uno per fregelam, in perpetuum legitime hereditatis usum concessimus consencientibus et presentibus ejusdem ecclesie canonicis. concessimus inquam^b ipsis et eorum successoribus ea lege videlicet, ut singulis annis viginti duas amas probati vini in festo sancti Martini ante cellarium fratrum persolvant. quod si mature non fecerint^c, duos solidos in compositionem persolvant preter debitum infra dies quatuordecim; verum si secundo illum terminum temere vel negligenter supersederint, jus hereditatis penitus amittent et bona in potestatem redibunt integre canonicorum. ad utriusque partis causam confirmandam testes ydonei adhibiti sunt, quorum nomina subscripta servantur: majoris ecclesie prepositus Adelgotus, Gódefridus decanus, Bertholdus cantor, Conradus camerarius, Gebehardus, Eberhardus cellerarius, Heinricus portenarius, Waltfridus vicedominus, Waltherus causidicus, Burchart, Johan, Gelpherat, Symon. facta sunt autem hec. anno ab incarnatione domini 1144, indictione 7, Conrado secundo rege Romanorum regnante anno 7, Burkardo Argentinensis ecclesie episcopo, Heinrico ejusdem civitatis advocato. ut autem hec rata et inconvulsa imperpetuum consistant, sigillo ecclesie hoc manuscriptum muniri fecimus. qui infringat anathema sit. amen.

T aus Straßb. Thom. A. Registrande A f. 131^b um 1400 geschrieben.

Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 289 nr. 4.

97. *Bischof Burchard von Straßburg bestätigt nach Synodalbeschuß dem St. Thomasstift daselbst die demselben von Bischof Otto gemachte Zehntenschenkung der St. Aurelienkirche. 1145.*

: In nomine sanctę et individę trinitatis. Burchardus divina misericordia Argentinensis episcopus. : quoniam testimonia scripturarum summi pastoris in

a) G[othefridus], magister H[arbertus], B[ertholfus] edituus, C[ünradus] camerarius, Eberhardus cellerarius eingefügt in einer besondern Zeile von der schon characterisirten spätern Hand. b) T inquam. c) T fecerit.